20 Maii 1505 Copie

In nomine Domini Amen Anno Nati-
vitatis eiusdem Millesimo quingentesimo
quinto indictione octava Mensis Maii
die vicesima hora octava ante
meridiem vel circiter Pontificatus
sanctissimi in christo patris ac domini
nostri Julii divina providentia pape
secundi anno secundo In mei Notarii
publici ac testium infrascriptorum ad
hoc specialiter vocatorum presentia
personaliter constitutus honorabilis
et discretus vir Simon filius Wilhelmi
presbyter Traiecten. dioces. ecclesie parochialis
de Nydorp curatus partium Westfri-
eiusdem dioces. prehabita et deliberatione
diligenti cum maturitate digesta
ut prima fronte apparebat pro
mundanis celestia et pro temporalibus
eterna desiderans commutare ad
laudem pariter et honorem omnipotentis
dei eiusdemque matris Marie in remedium
et salutem animarum benefactorum

suorum et suo volens de suis bonis
sibi adeo collatis et concessis in
dicta prochiali ecclesia de Nyedorp
in altari apostolorum Simonis et
Jude per dictum dominum Simonem
Wilhelmi noviter erectum dioces[is] et
p[re]d[i]c[t]us procuratorum de novo fundare erigere
et dotare vicariam seu cappellaniam
perpetuis temporibus duraturam in
dotem et pro dote cappellanie seu
vicarie nec non ad usum seu susten=
tationem cappellani seu vicarii cappellanie
deservituri donavit contulit et
assignavit donatione perpetua et
irrevocabili sexten yeersen grudtlants
vulgariter cum tribus sneesen bouen
paert in districtu domini de Nyedorp
sita quorum confines seu circumia=
centes a parte orientali Paulus filius
Johannis cum fratribus et sororibus
a parte occidentali Cornelius filius

Martini, et adhuc decem yeert
cum duo sneet bouen paert in
eodem districtu quorum confines
et circumiacentes a parte orienta
li portio ecclesiastica pastoralis ad
occidentalem vero Henricus Joris de
Haerlem Insuper een yeert seedtlants
die ronde werff, retro dominum
habitationis eiusdem Lamberti filius
Petri, Ansije infra paert unum inge
tercie et duo sneesen quorum circu=
miacentes a parte orientali Walterus
filius Wilhelmi tanque tutor uxoris
sue et ad partem occidentalem Gerar=
dus filius Lamberti Laren etiam omnia
prenominata in parochia eiusdem domini
de Nyedorp Insuper voluntque dictus
fundator quem vir Carolus filius
Joris Alkobinus de Merslinia
clericus camerarius dioces ad dictam
cappellaniam pro et primaria constitu=
tione instituatur et investiatur.

ad quem idem fundator eundem presentat
Et postquam dictam vicariam
seu cappellaniam vacare contigerit
per mortem dicti Caroli Robinet —
clerici vult idem fundator quod ius
patronatus seu presentationis dicte cappel-
lanie seu vicarie spectabit et
pertinebit ad ipsum fundatorem quam-
diu vitam duxerit in humanis, Et post mortem
eiusdem fundatoris ius presentandi spectabit
et pertinebit et devolvetur ad proxi-
miorem de sanguine lineam seu —
lineam heredum dicti fundatoris sta-
tim quod masculus minor femine
seniori preferatur Item vult fundator —
quod si sanguis alienaretur per
longum successum ~~tam~~ [dicendorum] futurorum sic
ut lites hinc inde orientur in
consanguinitatis linea primi funda-
toris, vel aliquis tunc in rerum —
natura fuerit presbytero vult idem ut

Quo magistri fabrice prochialis ecclesie
~~ponte~~ de Audeder presentur Et in —
perpetuum habeant ius presentandi virum
idoneum perscribendum ad hoc aptum —
Insuper vult si dictam cappellaniam
tempore vacationis eius alicui clerico
minori a scholari contigerit conferri
voluit dictus fundator quod presentatus —
quem primum vicesimum quintum
annum etatis sue attigerit ad
sacerdotales se faciat ordines promoveri,
Alioquin amittat omne ius quod eidem —
competit aut competere possit quod-
libet ad eadem; Quodque dictus
Carolus honorabilis vir clericus ut
Robynet quo adusque vixerit eidem —
cappellanie deserviat cum duobus psalmis
penitentialibus miserere mei Et de profundis
Et post mortem eius cum quatuor
missis vna ~~se~~ in die dominica alie —
infra hebdomadas illius dominice
videlicet feria quarta et sexta et

ſine intermiſſione ſeptimanatim putatis
pro tempore eidem laudabiliter deſerviet;
vultque idem fundator quod idem bene-
ficium non omnino debeat conferri publico
fornicario aut fornicariam habenti
et ſi putatus diabolo et carne ſuaden-
tibus ſe hoc vicio quod abſit involverit
per primam admonitus ſe non correxerit
realiter et cum effectum patronus
pro tempore fructus beneficii ſublevabit
et alteri ſacerdoti honeſte et laudabilis
vite deſervitur vicarie committit
fructuſque et ſervitori diſtribuet;
non obſtantibus quibuſcumque privilegiis
conſtitutionibus ordinationibus et
quacumque dignitate perfulgeat,
Supplicat inſuper dictus dominus funda-
tor humiliter et devote honorabili et
venerabili circumſpecto viro domino
preposito Weſtfriſie vel ipſius in hac parte
vices gerenti quatenus fundationi dicte
cappellanie et bonorum predictorum

ſuorum conſenſum adhibere et eadem
bona eccleſiaſtica libertati aſcribere
ipſamque cappellaniam de novo con-
ſtructam auctoritate ſua ordinaria confirma-
re ~~dignetur~~ in beneficium eccleſiaſticum et
perpetuum erigere ipſumque dictum ~~Nota-
rio publico infraſcripto~~ Carolum
Theodricum Simonis ad dictam cappellaniam
per canonicam inſtitutionem putatum in
eadem conſtituere et inveſtire dignetur.
Super quibus omnibus et ſingulis prefatus
dominus Simon fundator petiit
a me ſibi Notario publico infraſcripto
unum publicum vel publica inſtrumen-
tum vel inſtrumenta. Acta ſunt hec in
parochiali eccleſia de Horn ſub anno
indictione menſe die hora et ponti-
ficatu quibus ſupra preſentibus ibidem
honorabilibus et diſcretis viris dominis
Johanne filius Johannis vicario in Oudeniedorp
Allardo filius Gerardi de Medenblik
altariſta in Horn presbiteris et Simone

filius Petri Verhoey Laur oppidano —
oppidi Goirnem testibus fide dignis ad
premissa vocatis pariter et rogatis —
Et subsignatum Et ego Joes filius
Joes Simonis de Hoey clericus traiectensis
diocesis publicus Westfrisie curie nupciali —
auctoritate Notarius quia premissis omnibus et
singulis dum sic ut superscribuntur fierent
et agerentur una cum prenominatis testibus
p̃ns interfui eaque sic fieri vidi et
audivi et intellexi ideoque hoc presens —
publicum instrumentum manu mea propria
conscriptum exinde confeci et subscrip-
si signavi et nomine meis solitis et
consuetis signavi rogatus et requisitus
in fidem testimonium omnium et singulorum
veritatem premissorum Et subsignatum
Joes de Simonis Notarius Sst
subscriptum erat Collata est hec
presens copia ad verbum cum originali
suo instrumento vetustate ferme —
corrupto et cum copia fide digna eo
vel eius originali instrumento a transsu-
ex rotulo parochialis ecclesie Nyedorpi
tunc pastoris vicario descripta
et subsignata, concordatoque hec cum
utroque Quod testor ego Notarius
publicus nomine cum cognomine
subscripto Anno a Virgineo partu
millesimo quingentesimo sexagesimo
quarto die vero vicesimo nono Maii
Et subsignatum Petrus Hutten
pastor apud Nyderpienses et
Notarius publicus per Insignem
Hollandie curiam admissus sic subscriptum